

C O N C I L I I C O N S T A N T I E N S I S

electum contra hoc decretum in papam recipiat, nec illi ut papa quo modo obediatur, sub pena maledictionis aeternae et fautoriae schismatis. Puniaturque in hoc casu eligentes et electus, si consentiantur, ac illi adhaerentes, penitus per hoc sacram concilium ordinandis. Suspendit quoque dicta sancta synodus pro bono unionis ecclesiae omnia iure positiva in conciliis generalibus edita, et in iuris statuta, ordinationes, consuetudines et privilegia quibuscumque cœcesserint, et penas contra quoscumque editas, inquit, dicti decreti effectum impedit possunt quo modo.

CQuod electio Romani pontificis fiat modo et forma per concilium ordinandis, et quod concilium non dissoluantur, donec sit facta electione, et quod ad hoc rex Romanorum det operam.

Sacrosancta generalis Constantiensis synodus, ut ecclesiae sanctae dei eo melius et sincerius prouideatur, statuit et ordinat, pronunciat et decernit, quod proxima electio futuri Romani pontificis fiat modo, forma, loco, tempore et materia per sacram concilium ordinandis. Et quod idem concilium possit et valeat in futurum quoscumque personas, cuiuscumque status uel obedientie sint aut fuerint, ad electionem huiusmodi actiue et passiue, et alios quoscumque actus ecclesiasticos, et omnia alia opportuna, non obstantibus quibuscumque peccatis, penitus aut sententias, habilitare, recipere, et deputare modo et forma quibus etiam videbitur expedire. Quodque sacram concilium non dissolatur, donec electio huiusmodi fuerit celebrata. Exhortans dicta sancta synodus inuitissimum principem dominum Romanorum et Hungariae regem, pariter et requirit, quatenus tanquam pius ecclesiae aduocatus et sacri concilij defensor et protector, omnem ad hoc operam efficaciter impedit, et uerbo regio uelle facere hoc pronuntiet, ac literas suas maiestatis desuper fieri decernat.

CConcilium omnia per Gregorium duodecimum in sua obedientia alias canonice et rationabiliter gesta, approbat et ratificat.

CSacrosancta generalis synodus Constantiensis &c. omnia et singula per illum dominum qui dicitur Gregorius XII. in sua reali obedientia, apostolica autoritate mediate uel immediate, alias canonice uel rationabiliter hucusque gesta, facta, dispensata, ordinata, concessa et indulta, et etiam usque ad tempus suæ notitia renunciatiōis per eo facienda, quod tempus ultra mensem post huiusmodi renunciatiōem nolumus extendi, gerenda, facienda, dispensanda, ordinanda, cœcedenda et indulgenda, ex certa scientia ratificat, et ex superabundanti cautela ad certitudinem boni approbat atque firmat, statuens et ordinans, quod ex causa uel occasione schismatis uel cuiuscumque maculæ uel inhabilitatis ex eo prouidentium, non ualeant infringi, uel contra ea excipi, aut in dubium res vocari, non obstantibus dispositionibus in contrarium facientibus quibuscumque.

CDecretum, quod non reeligatur Gregorius, non esse factum ad ipsius Gregorii inhabilitatem.

Sacrosancta synodus generalis Constantiensis declarat, statutum seu ordinatiōem factam alias per istud sacram concilium, in quo inter alia cauetur, quod ille dominus qui dicitur in sua obedientia Gregorius duodecimus, nullo unquam tempore reeligatur in papam, non fuisse factam ad ipsius domini Gregorii inhabilitatem, tanquam non sit capax papatus, sed per bos non pacis ecclesiae, et futuris scandalis, scrupulis et suspicionibus evitandis.

CConcilium reseruat, et se facturum declarat, quod prouidebit, ubi duo uel plures in eodem titulo ex diuersis obedientiis concurrunt.

Item sacrosancta synodus Constantiensis reseruat, et se facturam declarat, ubi duo uel plures in eodem titulo ex diuersis obedientiis cocurrunt, quod sacram concilium cum debita mansuetudine et rationabili aequitate, ita quod una pars alia deterius non tractabitur, utriusque obedientiae honore quantum fieri poterit salvo, per se uel ad hoc specia liter deputandos, anteque separabitur prouidebit modo et tempore opportunis.

Conci